

queat. l. i. §. 24. ff. ad St. Silanian. (5) Quibus armis homicidium commissum sit? an gladio, cultro, fuste, clava, vel alio quodam lethali telo, quo alteri vis inferri possit. (6) Qualia vulnera intulerit interfecto; numquid vulnera istæ fuerint lethalia, vel non? numquid cæsim vel punctum illa fuerint illata? quam parte corporis occisum vulneraverit, vel an aliis modis quibuscunque occisum interfecerit. (7) Quid pecunie vel bonorum habuerit occisus? num ipse cadaver spoliaverit, & quod ei ereptum est, in quem usum converterit, servaverit, numquid illud vendiderit, donaverit, alienaverit, aut occultaverit. Nam exinde etiam cognosci poterit, an tanquam latro, ob spem lucri, an verò animo nocendi, & se vindicandi ad hoc delictum perpetrandum accesserit.

III. Extensio questionis, scilicet quæ de homicidio dicta sunt, illa quoque possunt extendi in multis ad furtum & rapinam.

ARTIC. XLIX.

Tortus si proditorem fateatur.

So der Befragt Berrätheren bekennet.

Bekennet der Gefangen Berrätheren / man sol ihn fragen / wer ihn darzu bestellt / und was er darumb empfangen / auch wo / wie und wann solches geschehen sey / und was ihn darzu verur- sacht habe.

AD ARTIC. XLIX.

ARGUMENTUM.

Qui fatetur proditorem, interrogandus est super circumstantiis loci, temporis, causæ finalis, & potissimum super eo, quidnam ipse acceperit in premium proditoris.

EXEGESIS.

Actus proditorius est inter execrabilia delicta scelus satis atrox. Claud. de Battandier in praxi Crimin reg. 96. num. 1. § 4. p. 571. Quod delictum tam odiosum est, ut is, qui bannitum proditorie interficit, ob odium proditoris poenâ homicidii ordinariâ puniatur. Cum

Bb

alias